

*Doc. 20 (Scriptum est eidem iustitiario
Basilicate etc. Quia intelleximus quod...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 20 (Scriptum est eidem iustitiario
Basilicate etc. Quia intelleximus quod...)*

1279-07-10

Scriptum est eidem iustitiario (Basilicate) etc.

Quia intelleximus quod domus marescalles nostre et marescalles regine rarissime consortis nostre in Lacupensili indigent reparari, fidelitati tue firmiter et expresse precipimus, quatenus statim receptis presentibus domus ipsas hiis quibus indigent facias bene decenter et celeriter reparari, ita quod in adventu nostro, qui erit in brevi, illuc duce deo illas inveniamus totaliter reparatas de quacumque pecunia curie que est vel erit per manus tuas, et in defectu alterius fiscalis pecunie, de pecunia generalis subventionis iurisdictionis tue, et si aliqua lignamina vel alia de domibus ipsis extracta fuerint, de quibus diligenter inquiras, ea omnia per quoscumque detineantur, nisi forte in aliis fuerint operibus nostris immissa, ad domos ipsas reportari facias et in eis immitti, sicut fuerit oportunum.

Datum Melfie X iulii (VII indictionis) 1279.